

municatum vita illum. Si es religiosus obedies prelatis tuis in omnib⁹ que nō sunt contra animā tuā. Audite tam seculares q̄ religioſi quid dicat ap̄ls **Hebr. vlē.** Obedite prepositis vris et prelatis et subiaccete eis. ipse enī puigilant q̄si rationē reddituri p̄ animab⁹ vestris. Nis scire q̄ mala sit inobediencia et q̄ bona sit obediencia. fidera q̄ ppter inobediencia ade totus mund⁹ damnat⁹ est et p obediencia xpi totus mund⁹ saluatus est. vnde inobediencia deo summe displicet et obediencia deo summe placet. **Rō. v.** Sicut p vni⁹ inobediencia peccatores constituti sunt multi ita p vni⁹ obediencia iusti constituent⁹ multi. **i. Re. v.** dixit samuel ad saul melior est obediencia q̄ victime et auscultare magis q̄ offerre adipē arietū qm̄ q̄si peccatū ariolādi. i. infidelitatis ē repugnāē et q̄si scel⁹ idolatrie nolle acq̄ſcere. Rogemus deū vt per obediencia filij sui det nobis pceptis suis in omnib⁹ obedire vt ad ei⁹ regnū possim⁹ peruenire. Amen.

In circūcisione domini sermo. Sermo.
Vocatum est nomē eius ihs quod vocatus est ab angelo p̄ us q̄ in vtero conciperet. **Luce. ij.** In his verbis agitur d̄ hoc benedicto nomē ihs qualiter illud xpo in octauo die fuit impositum. In quib⁹ verbis duo tangunt⁹. primo huius nois utilitas. secundo eiusdē nominis dignitas. utilitas patz ex ne mis i interpretacōe. qz ihs interpretat⁹ saluator. Secundo dignitas ex āgelica impositione. Primū tangitur ibi vocatum est nomē eius ihs. Secundu ibi et vocatū est ab angelo. De vtro q̄ dicit⁹ **Matth. p.** Dixit angelus ad ioseph. noli timere accipe maria et coniugē tuam cō enī natū est in ea de spiritu sancto est. piet enī filium et vocabis nomē eius iesum. Ecce angelus imposuit nomen et in hoc notat⁹ nois dignitas. sequitur de utilitate. Ipse enī saluū faciet populū suū a peccatis eoz. Ecce istud benedictū nomē hodie impositum est puulo xpo cū magno ei⁹ dolore. qz hodie circūcisus ē hodie incepit sāguinem suū p te effundere. posset homo cogitare parū est q̄ xps p me natus est q̄ p me fleuit ne ista homo cogitarz. ideo hodie xps sāguinē suū fudit. O homo si puipeendis lacrimas quas pro te fudit in presepio noli paruipeendere sanguinez quē hodie p te fudit de tenero corpori suo. O vtinam funderes hodie tot lacrimas ad eius honorem quot ipse fudit guttas hodie sanguineas propter tuā salutem. Gracia huiusmodi est q̄ d̄r vocatum est nomē eius iesus.

Nota qđ sacra scriptura designat nobis quatuor viros famosos qui vocati sunt in nomine iesu videlicet ihm ductorem. ihm docto- rem. iesum summū sacerdotem ⁊ iesum saluatorem. Iuste ergo vo- catum est nomen huius pueri ihus. quia ipse habebat officium ho- rum omniū Ipse enim fuit ductor errantium. doctor ignorantium. summus sacerdos id est reconciliator discordantium. saluator peruntium. Primo scriptura describit nobis ihm ductorem qui ⁊ iosue dictus est. de hoc ihu dicitur Ecclesiasti. xlii. Fortis in bello ihesus naue successor moysi qui fuit magnus scđm nomē suum. hec tria fe- cit circa populū dei per iordanem sicco vestigio duxit. hostes expu- gnauit ⁊ terram pmissionis diuisit. hec tria fecit noster ihs circa populum dei. Primo p iordanem sicco vestigio duxit siue ducit qñ p aquas id est fluxum huius mundi sine inquinatiōe ducit Sapie- cie. x. Deduxit eos in via mirabili ⁊ fuit illis in velamento dici ⁊ in luce stellarum nocte. Transtulit eos p mare rubrum ⁊ transiit il- los p aquā nimiam hec verba dicta sunt de nostro ihu qui popu- lum dei deduxit in via mirabili quādo p sordidissimas vias huius mundi sine inquinatiōe ducit quādo in die p̄speritatis p grāciam protegit hominē ne in superbiam eleuetur fit in lucem stellarū nocte quādo in nocte aduersitatis illuminat mentem vt vtilitatez ad- uersitatis consideret ne desperet Transfert per mare rubrū ⁊ aquā nimiam quādo custodit hominē ne procellis temptatiōis tribulaci- onis ⁊ infelicitatis huius mundi submergatur. vide qm iuste voca- tum sit nomen huius pueri ihus. quia habuit officium ihu ducto- ris in hoc qđ populū dei p iordanem huius mudi ducit. si non vis errare. si non vis submergi. si vis ad litus eterne patrie puenire se- quaris hunc ductorem Ipse enī est de quo dicit Sap. x. Iustum de- duxit domin⁹ p vias rectas ⁊ ostendit illi regnum dei. Secūdo ho- stes expugnauit id est demones. vnde de eo potest dici illud Eccia. xlii. Impetum fecit cōtra gentem hostilem ⁊ in descensu p̄didit cō- trarios vt cognoscant gentes potenciam eius. quia contra domi- num non est facile pugnare. Tunc ihus noster impetum fecit con- tra gētem gentilem quando predicando choruscando de- mones fugauit ⁊ quando apostolis potestatem sup eos dedit Tūc vero in descensu perdidit quando descendens ad inferos ⁊ patres liberans plenarie eos superauit. Noli timere o homo si diabolus te

impugnat inuoca hunc iesum qui pro te pugnat ⁊ diabolum expu-
gnas. **Clama** cum propheta ⁊ dic. **Judica** domine nocētes me ex-
pugna impugnantes me. **apprehende** arma scilicet potencie ⁊ scu-
tum misericordie ⁊ exurge in adiutorium mihi. **(Tercio** terram p-
missionis diuidit quando unicuiqz mercedem in celo scđz sua me-
rita distribuit **Luc. xxi.** **Ego** dispono vobis sicut disposuit mihi pa-
ter meus regnum. quasi dicerz. **Sicut** pater mihi scđm excellenciā
meritorum excellentissimum premium in celis tribuit. sic ego sin-
gulis scđm diuersitatem meritorz diuersitatem distribuā premioz
Apocalipsis ultimo. **Ecce** venio cito ⁊ merces mea mecum est dicit
dñs dare unicuiqz s̄m opera sua. **Sic** ergo patet qd iuste vocatū ē
nomen pueri ihs. quia habuit officium iesu ductoris **(Secundo**
scriptura describit nobis iesum doctorem scilicet iesum filiū syrach.
qui composuit ecclesiasticuz. sicut dicit **Iheronimus in prologo su-**
per libros Salomonis. **Istius** ihs doctozis officiu habuit noster
ihus. **De ipso** enim dicitur **Joelis secundo.** **filij syon** id est christia-
ni letamini ⁊ exultate in domino deo vestro qui dedit vobis docto-
rem iusticie **Ecce** quā nobilis hic docto. qui non docet puerilia vt
grāmaticus. nec cauillationes vt loicus. nec ornatum verborum
vt rhetor. sed sanctitatem morum vt docto. eximius. **Habet** ergo
noster ihs officium iesu doctozis. **Sed** nota quod ille ihs precū-
pue tria genera hominum docuit. **Primo** docuit peccatoēs peni-
tēciam agere **Ecclesiastici quinto.** **Ne** tardes conuerti ad dominuz ⁊
ne differas de die in diem. subito enim veniet ira illius ⁊ in tempo-
re vindicte disperdet te **Ecce** quā utilis doctrina proponitur pecca-
toribus vt penitenciam agant ne pereant. **Unde** dicitur **Ecclesiastici**
secundo. **Si** penitenciam non egerimus incidemus in manus do-
mini ⁊ non in manus hominum. **Istud** idem docuit noster ihesus
peccatores **Mathei quarto.** **Penitēciam** agite appropinquabit eni
regnum celorum. **Magistri** huius seculi doctrinam quam discipul-
dant solent approbare. **Sic** noster docto. ihs christus penitēciā
quam docuit approbavit. sicut ptz in maria Magdalena ad pedes
cuius procumbente **In Petro** post trinam negacionem flente **In la-**
trone in extremis penitente **Quid** times o peccato. fac scđm hanc
doctrinam iesu. **Age** penitenciam ⁊ inuenies omnium peccatoz
veniam. **Nunquid** tu plura peccata commisisti q̄ maria Magda-

lena. de qua dicit Marcus q̄ septem demonia habuit ⁊ sc̄dm Grego-
rium vniuersis vicijz plena fuit que pre multitudine viciozū iā
 non alio nomine quā peccatrix appellabatur. Nunquid maius pec-
 catum habes quā petrus qui ter dominū christum negauit. Nun-
 quid minus habes de tempore ad penitenciam quā latro qui in vl-
 timo puncto vite sue penitenciam egit ⁊ veniam promeruit. Sum-
 enim certus si horum exempla attendis nunquā desperabis. (Se-
cundo docuit penitentes se a peccatis abstinere Ecclastici. xxi. fili
 peccasti. ne adijcias iterū sed pro pristinis deprecare vt tibi dimit-
 tātur. quasi a facie colubri fuge peccm. vtilissima est doctrina peni-
 tentibus vt si preterita peccata deplangunt q̄ futura non commit-
 tant. sed precaueant. Istud idem docuit noster ih̄sus quādo mulier
 ri in adulterio deprehense dixit. Johan. viij. Vade ⁊ amplius noli
 peccare. (Tercio docuit bonos caritatem habere ad deū ⁊ ad pri-
 mum. Ecclastici. xij. Omni vita tua dilige deum ⁊ inuoca illū p̄
 salute tua. Ecce dilectio ad deum. sequitur de dilectōe primi. Om-
 ne aial diligit sibi file. sic ⁊ omnis homo proxmū suū. Istud idē
 docuit domin⁹ noster ih̄sus christ⁹. Mathei. xij. Cum quere-
 ret ab eo Magister quod est mā datum magnū in lege. ait illi ih̄sus. Dil-
 ges dominum deum tuum ex toto corde tuo ⁊ ex tota an- ma tua.
 ⁊ ex tota mente tua. hoc est primum ⁊ maximum mandatum. Se-
cundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut te ip-
 sum. In his duobus vniuersa lex pendet ⁊ prophete. O quā brevis
 ⁊ utilis doctrina. Si non poteris omnes libros veteris testamen-
 ti ⁊ noue legis compare. si non potes omnia que scripta sunt in me-
 moria habere. habe saltem veram dilectionem ⁊ saluus eris. Ec-
ce ih̄sus noster docet dilectionem que est causa salutis. Sed diabo-
 lus docet inuidiam que est causa perditionis. Sapiēcie primo. In-
 uidia dyaboli mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur au-
 tem. cum qui sunt ex parte illius. Sic ergo patet quod iuste voca-
 tum est nomen pueri ih̄esus. quia habuit officium ih̄esu doctoris.
(Tercio describit nobis scriptura iesum summum sacerdotem.
sacharie tercio. Ostendit mihi dominus ih̄esum sacerdotem mag-
 num stantem coram angelo domini. Iste ih̄sus fuit auus illius ih̄e-
 su qui composuit ecclesiasticum huius ih̄esu pontificis habuit of-
 ficiū noster ih̄sus. de quo dicitur hebreor. iij. habētes pōtificē

magnum qui penetrauit celos iesum filium dei teneamus spei nostre confessionem. **S**ed nota quod pontifex in veteri testamento triplex habuit officium. hostias deo imolauit. sanctas sanctorum solus intrauit. pro populo orauit. Sic noster iesus pontifex summus hostiam salutarem obtulit seipsum in cruce offerendo. sanctas sanctorum intrauit celos ascendendo. pro populo orat cicatrices vultui patris ostendendo. **P**rimo dico quod pontifex in veteri lege hostias deo imolauit **Hebreor. v.** Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in hijs que sunt ad deum ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Illud officium habuit noster ihesus quando se in cruce obtulit pro peccatis totius mundi **Hebreor. ix.** Quodammodo constitutum est hominibus semel mori post hoc autem iudicium. Sic christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. **S**ecundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem per fidem. Insufficientes enim erant hostie veteris legis ad delendum peccata. ideo noster pontifex ihesus christus seipsum tanquam sufficientem hostiam obtulit **Hebreor. x.** Impossibile est sanguinem thaurorum et hircorum auferre peccata. ideo ingrediens mundum dicit hostiam et oblationem noli isti. corpus autem aptasti holocaustomata et pro peccato tibi non placuerunt. tunc dixi ecce venio. quasi diceret per sacrificia veteris legis mundus non potest redimi nec offensa patris placari. ideo meipsum volo offerre ut mundus redimatur et offensa patris placetur. **N**ota quod pontifex veteris legis obtulit sanguinem et illum septicies asperxit contra altare ut sanctificaret illud. sicut dicitur **Leuitici. xvi.** Noster pontifex ihesus christus proprium sanguinem obtulit et fudit illum septicies ut sanctificaret ecclesiam. primo in circumcisione. secundo in agonia. tercio in flagellatione. quarto in spinea coronatione. quinto in manuum perforatione. sexto in pedum transfixione. septimo in lateris apertione. **S**ecundo sanctas sanctorum solus intrauit **Leuitici. xvi.** Nullus hominum fit in tabernaculo quando pontifex ingreditur sanctuarium ut oret pro se et pro domo sua et pro vniuerso cetero filiorum israel. ideo dicitur **Lu. p.** Quod cum zacharias ingressus esset in templum domini multitudo populi foris erat orans hora incensum. Illud officium noster ihesus habuit quando sanctas sanctorum intrauit celos ascendendo **Hebreor. ix.** Christus assistens pontifex futurorum bonorum amplius et perfectius tabernaculum non manufactum id est non

huius creacionis neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum.
Sed per proprium sanguinem semel introiuit in sancta sanctorum
 id est in celum. **Sed** nunquid solus introiuit **Abfit**. Quid enim no-
 bis prodesset quod ipse solus intrasset celum et nos exclusiss. ideo
 sequitur. **Eterna redempcione inuenta** quasi diceret. **Non** solus ipse
 se intrauit celum. sed etiam omnibus redemptis celum aperuit ut
 intrare possint. propter quod ipse dixit **Johannis decimo septimo**. pa-
 ter volo ut ubi ego sum et illi sint mecum ut videant claritatez me-
 am. **(Tercio pontifex veteris legis pro populo orauit Numeri deci-**
mo septimo). Cum populus murmurasset contra Moysen et Aaron
 et ignis de celo veniens vastaret populum. stans Aaron inter mor-
 tuos et viuos pro populo deprecatus est et cessauit plaga. **Si** tan-
 te efficacie fuit oracio Aaron pontificis. quante putas efficacie est
 oracio nostri pontificis christi **Ips**e enim dicit **Johan. vndecio**. Gra-
 cias tibi ago pater quoniam audisti me ego enim sciebam quod sem-
 per me audis. **Si** pater audiuit preces filij existentis in terra. none
 audiet preces eius rogantis in celo. **vtiq;** **Ips**e enim filius habet of-
 ficiu pontificis in hoc quod orat pro nobis in celis. **hebr. 7. septio.**
Iesus sempiternum habet sacerdotiu unde et saluare in perpetu-
 um potest. **Accedens** per semetipsum ad deum semp viuens ad in-
 terpellandum pro nobis. **Noli** ergo o peccator despare ex quo tan-
 tus pontifex pro te orat **pma Johan. secundo**. **Si** quis peccauerit non
 desperet. quia habemus aduocatum apud patrem **ihm christum** et
 ipse est propitiatio pro peccatis nostris et non pro nostris tantum sed
 etiam pro totius mundi. **Sic** patet quod iuste vocatum est nomen pueri
 iesus. quia habuit officiu ihu pontificis **(Quarto** describit nobis scrip-
 tura iesum saluatorem esse **p. Thimo. i. fidelis sermo** et omni acce-
 pcione dignus. quia **ihus christus** veniens in hunc mundum pec-
 catores saluos facere. **Hic** est puer ille qui hodie pro salute mundi
 sanguinem suum fundere cepit. **Hic** est vere saluator mundi. **Sed**
 nota quod hic **ihus** saluat hominem a tribus scilicet. **A** peccati fedita-
 te. **A** demonum potestate. et **ab** omnis miserie calamitate. **Primu**
 facit peccata relaxando. **Secundum** fecit de diabolo in cruce triu-
 phando. **Tercium** faciet nos eternaliter coronando. **(Primo** di-
 co quod saluat nos a peccati feditate. **De** qua dicitur **Theb. de**
cimotercio. **Ips**e castigauit nos propter iniquitates nostras et

ipse saluabit propter misericordiam suam. **Q**uid murmuras si do-
minus castigat cum hoc faciat propter peccata. **S**i bonus es casti-
gat te ne puniaris in purgatorio pro peccatis que commisti. **S**i ma-
lus es castigat te ut recogites penam eternam et agas hic peniten-
ciam ne in eternum puniaris. **O** peccator insipientior es omni egro-
to qui est compos mentis sue. **Q**ui enim egrotat in corpore deside-
rat medicum ut sanetur in corpore et tu miser non curas medicum
anime christum ut saneris in anima et unde hoc: quia nescis pericu-
losum statum peccati. non intelligis beneficia dei. in tenebrisambu-
lans huius mundi **psal.** Nescierunt neque intellexerunt in tenebris am-
bulant. **V**is ergo saluari curre ad puerum iesum qui est saluator
mundi recoga de medicina quam confert hodie id est de sanguine
quem hodie pro te fudit **I**nuoca nomen eius quod hodie imponi-
tur ei in quo saluaberis **Actu. iij.** Non est aliud nomen sub celo da-
tum hominibus in quo nos oporteat saluos fieri **I**deo dicit **psalmi-
sta.** Et benedictum nomen maiestatis eius et replebitur omnis ter-
ra maiestate eius fiat fiat. **(S**ecundo saluat nos a demonum po-
testate. **psal.** Saluauit de manu odientium et redemit eos de manu
inimici id est diaboli. **I**ste hostis tam fortem habuit manum ante
christi aduentum quod multos superauit. **H**anc manum timuit pro-
pheta cum diceret. Non veniat mihi pes superbie scilicet ut sequar
superbiam diaboli et manus peccatoris id est impugnatio demonis
non moueat me supple ad peccatum. **E**t in alio loco **E**rue a framea
deus animam meam et de manu canis id est furibundi diaboli vni-
cam meam. **H**anc orationem audiuit christus et accepit baculum
crucis et percussit hunc canem id est diabolum et amouit eum ab
homine sicut prefiguratum est **pmi Regu. xvij.** **I**n pugna dauid et
golie dixit enim golias ad dauid nunquid ego canis sum quod tu ve-
nis ad me cum baculo **I**stud poterat dicere diabolus ad christum pe-
dentem in cruce qui prefiguratus est per dauid. **S**icut enim vicit
dauid goliam sic christus diabolum. **C**hristus enim per baculum
crucis tantum percussit diabolum quod adhuc per signum crucis
pertimescit. **ysaie. xxx.** **A**d voce enim domini pauebit assur id est dia-
bolus et irga id est baculo crucis percussus **A**ssur interpretatur tol-
lens angustias et significat diabolum qui nititur tollere angusti-
as boni cordis quod pro eo angustiat quod deo fideliter non serui-

at. *sequitur*. Et erit transitus virge funditus quam requiescere faciet dominus super eum. Quia diabolus non solum virgam id est crucem timet. Sed etiam transitum virge id est signum crucis. Legitur de beata virgine Justina cum diabolus grauer temptaret eam facto signo crucis fugauit diabolus. Tercio saluat ih̄s ab omnis miserie calamitate *Philippen. iij.* Saluatorem expectamus dominum ih̄m christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Ecce hic dñs ih̄sus appellat saluator qui saluauit animā ab omni calamitate. Appellat etiā reformator quia reformabit corp⁹ nostrū tollēdo omnē defectibilitatē. Et erit qñ corruptibile induet incorruptōē et mortale immortaliatē. tunc anima nunq̄ tristabit. corp⁹ nunq̄ immutabit. nō erit ibi fames neq̄ sitis. neq̄ estus. neq̄ frigus. neq̄ egritudo. neq̄ mors. Et omne bonū ibi erit et nullū malū p̄stante domino ih̄u nostro saluatore qui est benedictus in secula. Amen.

In epiphania domini sermo. Sermo.

Intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius et procidentes adorauerunt eū et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus et mirram.

Matth. secundo. Ne aduentus christi qui propter homines in mundum venerat hominib⁹ ignotus esset. ideo christus se hominibus manifestauit in hora natiuitatis pauperibus pastoribus. hodie diuitibus regibus ut ostenderet se p̄terea venisse in mundum ut et diuites et pauperes perduceret ad regnum celorum. Nota q̄ in verbis premissis septem vtilitates aduentus christi describuntur. Per christum siquidem celum referatur. Ioco dicitur intrantes domum. Deus manifestatur. Ioco dicitur inuenerunt. Ira dei mitigatur. Ioco dicitur puerum. Deus cum hoīe hitaē dignat. Ioco dicitur cum maria matre eius. Humilitas ampliatur. Ioco dicitur procidentes. Cultus dei multiplicatur. Ioco dicitur adorauerunt cum. Auaricia propulsatur. Ioco dicitur apertis thesauris obtulerunt ei aurum thus et mirram. Primo dico quod per christum celus referatur. Istud innuitur cum dicitur intrantes domum. Per hoc enim quod domus illa in qua christus fuit aperta erat et introitus